

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

**Philosophia o
cum uariis**

Epichetus philosophus aiebat litteras atque doctrinas philosophie cum in hominem falsum atque degenerem tanquam in uas spurcum atque pollutum influxissent, ueterari, mutari, corrumpi et urinam fieri. Est, inquit, uidere nonnullos pecunie cupidos, glorie multos, libidinum seruos ut cum qualitate impugnet oratio. Reprehensibile enim apud philosophos fuit profiteri uitam philosophicam et tamen non uiuere secundum eam.

Agellius libro XVII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Philosophia] Philosophus L²; Epichetus] Ephithecus C, Epichecus M, Ephitocus P V¹, Epitetus V² L¹ L²; spurcum] putridum (*cor. intra*) B, sputum P V¹, impurum V² L¹ L²; mutari] atque *add.* C; urinam] ruinam P V¹ V² L¹ L²; est inquit uidere] et inquit tandem P V¹ V² L¹ L²; multos] mulctos B C, illectos P V¹ V² L¹ L²; impugnet] pugnet L¹ L²; enim] que C; profiteri] prohiteri M; Agellius] Aulus Gellius V² L¹ L²